Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840458-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840458-p0002-0

Pr. 49. num. 41.
8
1772, 6 13
P. 276.

OBSERVATIONES SELECTAE
DE
# IVRE REVOLVTIONIS S. RECADENTIAE

QVAS
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
IN ALMA LVDOVICIANA
PRAESIDE
D. IO. CHRISTOPH. KOCH
ACADEMIAE PROCANCELLARIO PROF. IVR. PRIM.
COM. PAL. CAES. ET ORD. IVR. H. A.
DECANO
PRO
GRADV DOCTORIS
RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO
IN AVDITORIO SOLLEMNI
AD D. XVII. IANVAR. CIƆIƆCCLXXII.
PVBLICAE PROCERVM ACADEMIAE DISQVISITIONI
SVBIICIT
AVCTOR
CAROLVS FRIDERICVS LVTHERVS
SERENISS. HASSIAE LANDGR. A CONSILIIS AVLICIS

GIESSAE,
Apud IO. IAC. BRAVN, Acad. Typogr.

KOENFRIED UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840458-p0003-5

LIBERAE S. R. I. REIPVBLICAE
MOENO-FRANCOFVRTENSIS
SENATVI AMPLISSIMO
VIRIS
*PERILLVSTRIBVS MAGNIFICIS GENEROSISSIMIS*
*PRAENOBILISSIMIS CONSVLTISSIMIS*
*PRVDENTISSIMIS*
ANTIQVA GENERIS NOBILITATE
ET
MERITORVM GLORIA CELEBERRIMIS
DOMINIS
PRAETORI
CONSVLIBVS
SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBVS
ET
EX EORVM NVMERO NOVEM
QVI
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS
CONSILIARII ACTVALES
SVNT
*DOMINIS PATRONIS ET FAVTORIBVS MEIS*
COLENDISSIMIS
D. D. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840458-p0005-6

VIRI
PERILLVSTRES MAGNIFICI
GENEROSISSIMI PRAENOBILISSIMI
CONSVLTISSIMI ET PRVDENTISSIMI

# DOMINI

# *PATRONI AC FAVTORES*

COLENDISSIMI

Tot in me exſtant & tam eximia beneuolentiae VESTRAE teſtimonia, vt ea ſi inuoluere ſilentio vellem, ingratus non immerito viderer. Atque haec me impulit cauſſa, cur, pietatem erga VOS & gratum animum publice profeſſurus, hancce Diſſertationem *Splendidis Nominibus* VESTRIS conſecrare ſim auſus. Accipite igitur eam, non vt donum, ſed vt ſignum meae obſeruantiae debitaeque erga VOS pietatis, meque VESTRO patrocinio, VESTRO, quem ſuſpicio, fauore in poſte-

poſterum quoque dignum reputate. Quod ſi a VOBIS, VIRI PERILLVSTRES MAGNIFICI GENEROSISSIMI PRAENOBILISSIMI AC PRVDENTISSIMI pro ea, qua eſtis, incredibili humanitate, ero liberaliſſime, vt ſpero, conſecutus: nihil gratius, nihil iucundius, nihil vmquam, quod maiorem mihi honorem & laetitiam adferre queat, accidere mihi potuiſſe iudicabo. Interim Deum T. O. M. ſupplex precor, VESTROS grauiſſimos labores vt benignisſime ſecundet VOSQVE tam diu mortalium rebus intereſſe velit, donec & naturae & gloriae VESTRAE & communi bonorum omnium deſiderio ſatis diu vixeritis. Ita valete & fauete

*PERILLVSTRIVM MAGNIFICORVM GENEROSISSIMORVM PRAENOBILISSIMORVM CONSVLTISSIMORVM AC PRVDENTISSIMORVM NOMINVM VESTRORVM*

CVLTORI OBSERVANTISSIMO

CAROLO FRIDERICO LVTHERO

MOENO - FRANCOFVRTENSI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840458-p0008-3

# *OBSERVATIONES SELECTAE*
# DE
# IVRE REVOLVTIONIS S. RECADENTIAE

## I.
## IVS REVOLVTIONIS S. RECADENTIAE EST VEL PROPRIE, VEL IMPROPRIE, VEL MAGIS IMPROPRIE DICTVM.
## II.
## DIFFERT A IVRE DEVOLVTIONIS ET
## III.
## A IVRE REGREDIENTIAE.

Ius *recadentiae* a ICtis noſtris, in materia *ſucceſſionis*, in *triplici* praecipue ſignificatu vſurpari deprehendimus: quos ſignificatus eum probe diſcernere oportet, qui diſtinctas huius iuris mente concipere cupit ideas. Ius *recadentiae* ſ. *reuo-*

*lutionis* ſ. *reuerſionis*, das Revolutions - oder Rückfalls - Recht, ſecundum *primarium* & proprium ſignificatum, in eo conſiſtit, *vt in ſucceſſione proximi illius lateris lineaeue heredes, vnde bona prouenerunt, excludant in his bonis defuncti coniugem aut cognatos alterius lineae, licet gradu proximiores aut aequales.* Finis illius eſt, vt bona in familia conſeruentur, nec ea ex *iure connubii*, alicubi recepto, deficientibus liberis, in alterum coniugem, aut liberis relictis, iisque poſtea ſine prole morientibus, in patrem matremue ſuperſtitem aut cognatos alterius lineae gradu proximiores aut aequales deuoluantur, ſed in ea linea, vnde prouenerunt, maneant. Conuenit hoc *ius reuolutionis* in *Hollandia* cum ſucceſſione *iuris ſcabinici* a qua differt ſucceſſio *iuris aſingici* ſ. *aſdomici* 1). Vbi illud *ius reuolutionis* obtinet, ibi paroemia: *Je naeher dem Sipp, je naeher dem Erbe*, & alia: *Het naeſte bloedt, erft het goedt*, officium ſuum perdit, obtinetque illa: *het goedt moet gaan van daar het gekomen is:* aut *paterna paternis, materna maternis:* aut, *bona redeunt ad id latus, vnde deuenere.* Bona huic iuri *reuolutionis* obnoxia, plerumque *immobilia* tantum, dicuntur *bona reuolutaria, ſtipalia*, ſ. Revolutar - Rückfalls-Stock - Stamm - Güther, heredesque ex iure *reuolutionis* ſuccedentes, *reuolutares*, ſ. Revolutar - Rückfalls - Erben appellantur.

*Ius*

*Ius recadentiae* in ſenſu *improprio* voco illam recadentiam, *Oſnabrugae* inter perſonas ciuici ordinis, & forte quibusdam aliis locis 2) occurrentem, quae eſt *ius ſuccedendi competens proximis conſanguineis in tertiam partem eorum bonorum, quae perſona conſanguinea coniugata, absque prole legitima decedens, ſuperſtiti coniugi ex bonis parentum intulit. Oſnabrugenſes* appellant die Wiederkehr, den Rúckfall. Et admonendi ſumus, *Oſnabrugae* inter coniuges ciuici ordinis obtinere *communionem bonorum omnimodam & vniuerſalem.*

Denique ad *ius recadentiae* in ſignificatu *magis improprio, recadentiam iuris communis* quis dicere poſſet, refero illam recadentiam, quae ſecundum quorundam Doctorum ſententiam ex *iure romano* eatenus obtinere ſtatuitur, vt in ſucceſſione *legitima aſcendentium*, gradu aequalium, praeſertim inter aſcendentes vlterioris gradus, & inter fratres *vnilaterales* conſanguineos ac vterinos, origo bonorum ſpectanda ſit, ita vt defuncti bona *paterna aſcendentibus lineae paternae* fratribusue *conſanguineis*, bona vero *materna aſcendentibus lineae maternae fratribusue vterinis priuatiue* cedant, reliqua vero defuncti bona inter omnes heredes, ad ſucceſſionem a lege vocatos, ſecundum regulas iuris *communiter* diuidantur. Intactam iam relinquimus eam quaeſtionem,

vtrum haec recadentia ex *iure romano* defendi poſſit, de qua poſtea diſſerendi locus erit. Interim haec recadentia, quam *magis impropriam* vocaui, differt a *priori*, cui diſtinctionis gratia *recadentiae proprie ſic dictae* nomen indidi.

*Illa* enim non tollit regulam: *Je naeher dem Sipp, je naeher dem Erbe*, nec excludit cognatum alterius lineae proximiorem, ſed obtinet tantum inter heredes diuerſae lineae gradu aequales & ſimul ad ſucceſſionem vocatos. Vt ecce: Pater, matre praemortua, ſuccedit filio & in bonis eius *maternis*, excluſis *auo materno* & fratribus defuncti *vterinis*: idemque iuris eſt in matre, patre praemortuo. Auus *paternus*, praemortuo patre & matre, ſuccedit nepoti in bonis etiam *maternis*, excluſis *proauo materno* & fratribus defuncti *vterinis*; idemque iuris eſt in *auo materno*. Frater *germanus* ſuccedit fratri *germano* in bonis tam *paternis*, quam *maternis*, excluſo fratre *conſanguineo* & *vterino* &c.

E contrario *haec*, recadentia nempe *proprie ſic dicta*, ordinem ſucceſſionis *legitimae* eatenus euertit, vt cognati in alia linea, licet gradu proximiores aut aequales, a ſucceſſione in bona iuri reuolutionis obnoxia, plane arceantur, & cedere debeant proximis cognatis in illa linea, vnde bona prouenere, licet gradu remotioribus aut aequalibus. Vt

ecce:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840458-p0012-5

ecce: *Auus maternus* vi iuris reuolutionis excludit *patrem* in ſucceſſione *nepotis* in bonis huius *maternis*. Frater *conſanguineus* excludit *matrem* in ſucceſſione fratris *conſanguinei* in bonis huius *paternis* &c.

Deinde ab hoc *iure reuolutionis* ſollicite diſtinguere debemus *ius deuolutionis*, das Anfalls-Zuwaelzungs-Verfangenſchafts-Recht, quod eſt ſucceſſio, qua altero coniugum defuncto, non tantum huius, ſed etiam ſuperſtitis hereditas, vel integra, vel illius pars, ad liberos quoad proprietatem transmittitur 3).

Differt etiam a iure, quod Noſtrates nuncupare ſolent *regredientiae* ſ. *regredientis* hereditatis.

1) Vtriusque ſucceſſionis rationem & modum expoſuerunt CORNEL. NEOSTADIVS in *tr*. de *pactis antenuptialibus*, obſ. 2. & SIMON *van* LEEVWEN in *Cenſura forenſi* P. I. lib. 3. cap. 16.

2) Refero huc verba, ſiue ESTORIS, ſiue HOFFMANNI in P. III. der teutſchen Rechtsgelahrheit §. 3227. Dieſes Rückfalls-Recht findet auch bey Eheleuten ſtatt, wie ich einen ſolchen Fall nach *Rheda* gehabt habe. Vbique tamen vniformiter non obtinet. Sic in der Schwarzburg-Rudolſtaedtiſchen Succeſſions-Ordnung art. 15. disponitur: wo Mann oder Weib keine Kinder gewinnen würden, ſollen alsdann einer das andere befaellen, und nach des leztern Abſterben die liegende Grün-

de wieder an desjenigen Freundſchaft fallen, wovon ſie gekommen ſind.

3) Hoc *ius deuolutionis* in quibusdam Germaniae prouinciis obtinet, idque poſt STOCKMANNVM docte enucleauit IO. GEORG. ESTOR in *Spec. iur. germ.* de *iure deuolutionis*, Ienae 1738. in eo tamen lapſus, quod *Ordinationi Solmenſi* vſum iuris deuolutionis, & quidem *durioris* quam alibi viget, affinxerit, deceptus partim per vitioſam *illius Ordinationis* editionem de anno 1716. in qua P. II. tit. 28 §. 6. pro: Die liegende vaeterliche *oder* mütterliche Güter, male expreſſum eſt: Die liegende vaeterliche *und* mütterliche Güter; partim non perpendens, quod ſub *dimidia bonorum mobilium parte* Legislator non intelligat, *dimidiam partem hereditatis mobiliaris defuncti* & *patrimonii mobiliaris ſuperſtitis coniugis*, ſed *ſolam partem dimidiam hereditatis mobiliaris defuncti coniugis*. vid. IO. GEORG. ADOLPHI diſſ. de *ſucceſſione coniugum mutua iuxta Ord. Solmenſem*. Gieſſae 1770. pag. 45. ſeq. Interim hunc errorem manifeſtum ſibi ab ESTORE imponi paſſi ſunt IO. FRID. EISENHARTVS in *Inſt. iur. germ.* lib. II. tit XI. § 9. & IO. HENR. CHRIST. de SELCHOW in *Elem. iur. germ.* §. 486. n. 4.

## IV.

## NOTITIA SCRIPTORVM DE IVRE RECADENTIAE.

Quum non minima eruditionis pars in eo recte conſiſtere dicatur, bonum librum noſſe, illosque

que qui de materia, quam tractandam nobis ſumere apud animum conſtituimus, ante nos ſcripſerunt, cognitos habere, age, antequam ad alia progrediamur, quibus ſubſidiis inſtructi hanc materiam aggreſſi ſimus, oſtendamus.

I. Quod ad *ius recadentiae* in ſenſu *proprio* attinet, plerumque quidem & a Viris quidem litteratiſſimis, ENGAVIO, ESTORE, EISENHARTO & SELCHOVIO, *titulo diſſertationis* deceptis, primus inter Scriptores locus GEORGIO HENRICO BRÜCKNERO 1), aſſignatur. Nihil vero minus, quam *ius recadentiae in proprio ſignificatu* tractauit, ſed, pro more ſui temporis, vniuerſum iuris romani campum percurrens ima ſummis & quadrata rotundis miſcuit. Paucis in §. 16. c. 5. illam recadentiam, quam ego *magis impropriam ſ. iuris communis* appellaui, tetigit. Sed de *iure deuolutionis proprie ſic dicto* nec vola, nec veſtigium, in tota exſtat diſſertatione. Deſinant ergo *iuris germanici Doctores* BRÜCKNERIANVM nomen inter ſcriptores de *iure reuolutionis proprie ſic dicto* porro referre.

Conſuluimus autem partim felici, partim infelici ſucceſſu, MELCHIOREM VOETS 2), PETR. STOCKMANNS 3), CAROL. de MEAN 4), CHRISTIAN. RODENBVRG 5), IO. GRIVELLVM 6), PAVL. CHRISTINAEVM 7), IO. NICOL. HERTIVM 8),

TIVM 8), SIM. *van* LEEVWEN 9), ABRAH. *a* WESEL 10), FERD. CHRIST. HARPPRECHTVM 11), IO. MELCH. de LVDOLF 12), IO. GEORG. ESTOR 13). IO. GOTTL. HEINECCIVM 14), IO. RVD. ENGAVIVM 15), IVST. HENNING. BOEHMERVM 16), IO. FRID. EISENHARTVM 17), IO. VLRIC. L. B. de CRAMER 18), FRANC. IVST. KORTHOLTVM 19), IO. IAC. SORBERVM 20), & IO. HENR. CHRIST. de SELCHOW 21).

II. De *recadentia Oſnabrugenſi*, ſ. *improprie tali* ad manus nobis fuerunt GOTTFR. MASCOVIVS 22), CAR. GERARD. GVIL. LODTMANNVS 23), & IO. EBERH. STÜVE 24).

III. De *recadentia iuris communis* ſ. *magis impropria* omnes agunt *Scriptores* de *ſucceſſione ab inteſtato* & *Commentatores* in *Inſtitutiones* & *Digeſta*.

1) ſub cuius praeſidio ventilata eſt *diſſert.* de *iure recadentiae* Erford. 1689.

2) *tr.* de *iure reuolutionis* Duſſeld 1594. & *hiſtor. iur. ciuil. Iuliac. & Montenſ.* Duſſeld. 1693.

3) *Opera omnia.* Col. 1701.

4) *Obſeru. ad ius ciuile Leodienſium*, P. I - V. & *Tom. poſth.* Leod. 1670. ſeqq. multis locis.

5) *tr.* de *iure coniugum.* Col. 1699.

6) *De-*

6) *Deciſ. Dolanis* Colon. 1631. deciſ. 109.

7) *Deciſiones*. Erford. 1734. pluribus locis.

8) *diſſ.* de *colliſ. legum* S. 4. §. 26. & in *Paroem.* Lib. I. par. 83. §. 4. & in *diſſ* de *fratr. germ. querela inoff. contra quosc.* S. 2. §. 12.

9) *Cenſ. for.* c. l.

10) *tr.* de *connub. bonor. ſoc.* II. 5. n. 3.

11) *Reſponſ.* Vol. V. reſp. 85. n. 123. ſeqq.

12) *obſeru. for.* Vol. III. obſ. 297. §. 3.

13) *cit. Spec.* de *iure deuolutionis* c. 9. & in der teutſchen Rechtsgelahrheit P. I. §. 836. ſeq. P. II. §. 3226. ſeqq. P. III. §. 3226. ſeq.

14) *Elem. iur. germ.* II. 22. 397.

16) *Conſult.* & *Deciſ.* T. II. P. II. dec. 884. n. 25. ſqq.

17) Grundſaetze der teutſchen Rechte in Sprüchwoertern. p. 257. ſeq.

18) *Obſeru. iur. vniu.* T. I. obſ. 274. & Wezlar. Nebenſt. P. 104. n. 8. 9. & P. 107. n. 5. 6.

19) *Deductio*, quae inſerta eſt denen Crameriſchen Nebenſt. P. 104. pag. 553. ſeqq. & P. 106. pag. 161. ſeqq.

20) *diſſ.* de *iure reuolutionis* ſ. *recadentiae*. Marb. 1755.

21) *Elem. iur. germ. priu.* §. 642.

22) *Notit. iur. Oſnabr.* pag. 374.

23) *Monum. Oſnabrug.* append. p. 143.

24) *diſſ.* de *recadentia*. Harderouici, 1742.

## V.
## IVS REVOLVTIONIS PROPRIE SIC DICTVM EST VEL LEGITIMVM VEL PACTITIVM.

Ius *reuolutionis* ſ. *recadentiae proprie dictum*, de quo primo loco quaedam notatu digna proponemus, poſtea ad reliquas ſpecies recadentiae transgreſſuri, vel nititur *lege prouinciali ſtatutoue*, vel *pactis coniugum dotalibus*. Illud *legitimum*, hoc *pactitium* vocabimus. *Prius* in *Ducatu Iuliacenſi* & *Montenſi*, in *Comitatu Marcano* & *Friſia Orientali* obtinet 1). *Poſterius* extra has prouincias in aliis locis ad ſimilitudinem quandam *legitimae reuolutionis* occurrere ſolet. Et inde fit, vt accurata iuris reuolutionis notitia egregium in caſibus haud adeo raro obuenientibus vſum *vbique* praeſtet.

1) VOETS in *cit. tr.* c. I. HERTIVS c. l. & SORBER in *cit. diſſ.* c. 2. §. 9. ſeqq.

## §. VI.
## NON IN OMNIBVS EADEM SEMPER RATIO EST IVRIS REVOLVTIONIS LEGITIMI ET PACTITII; SED DIFFERRE SOLENT *a*) IN BONIS REVOLVTIONI OBNOXIIS.

Quemadmodum in iure reuolutionis *legitimo* diſpoſitionem *legis ſtatutiue*; ita in *pactitio* tenorem

rem *pacti dotalis* curate perſpicere debemus. Et quamuis, *pactitium ius reuolutionis* ad ſimilitudinem quandam *legitimi* adinuentum eſſe, dixerimus, plures tamen inter vtrumque intercedere differentias vſu & experientia edocemur.

Etenim *a*) iuri reuolutionis *legitimo* obnoxia tantum cenſentur bona *immobilia*, quae defunctus a *patre matreue* iure hereditario adquiſiuit, quaeque ideo dicuntur *ſtipalia*, *hereditaria*, *reuolutaria*, Erb-Stock - Stamm - Güter; nec requiritur, vt ſint *auita*: ſed ſufficit origo *paterna* aut *materna* 1).

E contra iuri reuolutionis *pactitio* mox *quaedam*, mox *omnia*, mox *mobilia* & *immobilia ſimul*, mox *vna* earum *ſpecies*, mox *hereditaria* ſolum, mox & *adquiſita* coniugum bona ſubiici ſolent; quod ex tenore pactorum dotalium in obuio caſu cognoſcendum eſt. Pacta enim dotalia in definiendis bonis reuolutaribus aliquando *imitantur* legem ſtatutumue, aliquando *ampliant* aut *reſtringunt*.

1) VOETS c. tr. c. 4. de CRAMER T. I. obſ. 274.

## VII.

## *b*) IN EXPLICATIONE CLAVSVLAE: BONA REDEANT AD LATVS, VNDE DEVENERE.

## VIII.

## A QVANAM PERSONA LATVS AESTIMANDVM SIT?

## IX.
## c) IN ORDINE SVCCESSIONIS. DVPLICITAS VINCVLI IN IVRE REVOLVTIONIS LEGITIMO NON ATTENDENDA, IN PACTITIO AVTEM ADMITTENDA EST.

Porro *b*) vtrumque ius reuolutionis diſcrepat quoad interpretationem clauſulae: *bona redeant ad latus, vnde deuenere*, ſ. *daß die Güter fallen und erben ſollen, hinter ſich an die naechſte Erben, daher ſie kommen.*

Nam in *reuolutione legitima* illa clauſula hunc habet ſenſum, vt, poſſeſſore bonorum reuolutarium ſine prole legitima defuncto, bona illa eius fiant, qui defuncto proximus gradu eſt in *illo latere*, quod a *primo* horum bonorum adquirente in familia originem ducit.

Ab ea ergo perſona, quae in familia bona, de quibus quaeſtio eſt, *primum* adquiſiuit, *latus* aeſtimandum eſt. Igitur non progrediendum eſt ſurſum verſus & in infinitum, nec tamen ſubſiſtendum in immediata & proxima patris matriſue perſona, ſed aſcendendum eſt vsque ad communem ſtipitem ſiue truncum, a quo bona illa in familia *primum* adquiſita ſunt. Ita vero eorum ſententia verior quoque eſſe videtur, qui illos tantum in reuolutione legitima admittunt cognatos, quibus cum defuncto *primus* adquirens *communis* eſt aſcendens,

dens, ſ. qui cum defuncto in *linea recta* deſcendunt a *primo adquirente*; quamuis haud ſim neſcius, MELCHIOREM VOETS I) ab hac ſententia paullulum recedere, ſufficere ratum, ſi praetendens ſucceſſionem *ex iure reuolutionis* ſit *propinquus collateralis primi adquirentis*, etiamſi non directe deſcendat ab eo, nec bona, de quorum ſucceſſione agitur, a communi ſtipite vel trunco profecta ſint.

E contrario in reuolutione *pactitia*, niſi coniugibus diſerte aliud placuerit, *latus*, ad quod redire debent bona, aeſtimandum eſt ab alterutro coniugum, ita vt vlteriorem bonorum originem non perſcrutemur. Reuoluuntur ergo, coniuge ſine prole defuncto, aut prole quidem relicta ſed ea poſtea ſine liberis legitimis decedente, bona ad latus eius coniugis, de cuius bonis quaeſtio eſt, ita, vt, non inueſtigata vlteriori bonorum origine, qui ex cognatione defuncti coniugis proximus heres ſecundum ſucceſſionem *ciuilem* & *communem* eſt, ſuccedat. Dixi: *ex cognatione defuncti coniugis*. Nam neque coniux alter, neque cognati ex illius latere, vtpote per pactum a ſucceſſione excluſi, ſucceſſionis ius ſibi arrogare poſſunt, licet vel maxime proximiores gradu ſint illis, qui ex latere defuncti coniugis hereditatem petunt. Haec, quae de reuolutione *pactitia* praecepi, communis Doctorum ſchola

 docet,

docet, aſſerens, clauſula pactorum dotalium: *bona redeant ad latus, vnde deuenere*, in *latere illius coniugis*, de cuius bonis quaeſtio eſt, rationem & ordinem ſucceſſionis ab inteſtato *vulgaris & communis* neutiquam mutari, aut tolli 2).

Hoc adiiciendum quoque eſt, quod *c*) reuolutio *legitima* a *pactitia* ſeparanda ſit, in quaeſtione: *vtrum duplicitas vinculi in fratrum germanorum eorumque filiorum perſonis attendenda ſit, vt vnilateralibus fratribus praeferantur?* Nego cum SORBERO 3), in reuolutione *legitima* duplicitati vinculi locum concedendum eſſe, quamuis VOETS 4) pro ea pugnet. Niſi enim quoque adeſſent clara legis verba 5), tamen id puto conſtare ex principiis ipſis. Nam ego quidem non video, quomodo duplicitas vinculi in tali ſucceſſionis ratione applicari poſſit, in qua *omnes cognati*, qua tales ex *vno ſolum latere*, ad ſucceſſionem vocantur, & *cognatio alterius lateris* in cenſum non venit. Hoc autem in reuolutione *legitima* fieri, plus quam manifeſtum eſt.

*Duplicitati* vero *vinculi* ſuam praerogatiuam (e. g. ſi, coniuge ſine prole mortua, eius pater cum fratre *germano*, aut frater *germanus* cum *vnilaterali* concurrit,) non denego in reuolutione *pactitia*, quia in hac, vti antea dictum eſt, regulae *ſucceſſionis ab inteſtato ciuilis & communis* valent, ſi ab eo ſolo diſceſ-

ceſſeris, quod *proximitas* aeſtimanda ſit ex *latere eius coniugis*, de cuius bonis quaeritur.

1) *cit. tr.* c. 5. vbi argumenta cuiusque ſententiae recenſet, illuſtrans omnia exemplis in cap. 12. Adde GRIVELLVM c. l. quem legiſſe neminem poenitebit. Interim non diffiteor, opinionem VOETS, elogio PAPINIANI *Iuliacenſis* exornati, tuliſſe punctum *Camerae imperialis* apud de CRAMER in Nebenſt. P. 107. p 421.

2) a WESEL c. l. RODENBVRG c. l. STOCKMANNS in *Deciſ. Brabant.* dec. 43. n. 22. de MEAN c. l. P. I. dec. 74. n. 3. PETR. PECKIVS in *tr.* de *teſtam. coni.* lib. I. c. 6. n. 2.

3) *cit. diſſ.* c. 2. §. 24.

4) *cit. tr.* c 8. §. 1. ſeq. vide tamen c. 1. n. 3.

5) *Ord. Iuliac.* & *Montenſ.* c. 88.

## X.

## ILLVSTRANTVR DICTA CASV MEMORABILI REVOLVTIONIS PACTITIAE, SIMVLQVE NOVA ET INAVDITA EXPLICATIO CLAVSVLAE: AD LATVS, VNDE DEVENERE, CONFVTATVR.

Non alienum eſt ab inſtituto meo, ea, quae de reuolutione *pactitia* hactenus docui, caſu ſpeciali illuſtrare. Recruduit noſtris diebus inter plures familias, claritudine generis & perinſigni nobilitate praecellentes, lis annis & pretio grauiſſima, pendet enim

enim iam ab anno 1615. in ſupremo Camerae imperialis iudicio. Perſpicuitatis maioris cauſſa Schema praemitto.

Hartmuth v. Cr. † 1608. — Magdalena Br. v. H. † 1595.

Geo. Wil. v. St. † 1605. — Margaretha † menſe Febr. 1602. Barbara. — Jo. Georg v. D.

Margaretha Magdalena † menſe April. 1602. De huius hereditate, ſcil. bonis maternis ab auia Magdalena deſcendentibus quaeſtio eſt.

Horum ſtirps generoſa adhuc floret.

Facti Species, quam patrio ſermone, vti accepi, refero, haec eſt: Hat Hartmuth von Cr. die Magdalena Br. v. H. zur Gemahlin gehabt, und mit derſelben zwey Fräulein Töchter Margaretha und Barbara erzeugt. Iſt Magdalena Br. v. H. im Jahr 1595. verſtorben, und deren anſehnliche Verlaſſenſchaft auf ihre vorgenannte hinterlaſſene zwey Töchter quoad proprietatem, auf ihren Gemahl aber quoad vſumfructum ad dies vitae verfallen. Heirathete die älteſte Tochter Margaretha im Jahr 1600. den Freyherrn Georg Wilhelm v. St. und wurden zu Franckfurt im Jahr 1600. pacta dotalia errichtet Iſt in dieſen Ehepacten unter andern verabredet und bethädiget: §. Ob der gemelte Georg Wilhelm vor berührter ſeiner Gemahlin, da ſie ehelich beygeſchlaſen hätten, mit Tod abgienge, und nicht lebendige Leibs-Erben von ihrer beyder Leib gebohren, hinter ihm verlieſſe, ſo ſoll dieſelbige ſein Gemahl ihr Lebenlang ganz aus einen Beyſitz haben, bey allem deme, was ſie zu einander bracht,

ererbt und bey einander erworben hätten, ſolches nutzen und nieſſen, wie hinterfälliger Güter Recht und Gewohnheit iſt ---.

§. Und ſo alsdann mehrbemelte Jungfrau Margaretha ohne Leibes Erben, auch Tods verfahren, ſolle das angeregte Heiraths Gut und was ſie ererbt, zu ihrem Leib gehörig, von ihr darkommen, oder ihr ſonſten zuſtändig --- auf ihr Jungfrau Margaretha Erben, das übrige aber auf Georg Wilhelms nächſte Freund erblich kommen und fallen.

§. Da entgegen, wo in ſolchem Fall da nicht Kinder vorhanden, Jungfrau Margaretha eher denn Georg Wilhelm Tods verfahren, ſolle er dasjenige, was ſie ihm zugebracht, bey einander erwunden und ererbt hätten, auch haben, nutzen, nieſſen und gebrauchen ſein Leben lang ganz aus. Und ſo er, Georg Wilhelm auch Todes verfahren, ſolle angeregt Heiraths Gut, und was ſie ererbt und mit ihr darkommen, oder ihr ſonſten zuſtändig geweſen, auch wieder an ihre nächſte Erben fallen und bleiben, wohin ſich das von Rechtswegen gebühret und herkommen wäre.

§. Sonderlich auch iſt abgeredet und bethädiget, da nach Abſterben ihrer eins obgemelter ehelicher Gemächt, Kinder von und aus ihnen gebohren, vorhanden wären, und derſelben Kinder eins oder mehr ohne eheliche Leibs-Erben Tods abgingen, ſolle je ein Kind das andere erben, und nicht Vater, Mutter, Anherr, Anfrau, ſo lang ſolcher Kinder eins oder mehr Geſchwiſter im Leben ſeyn. Wo aber berührte Kinder alle ohne Leibes-Erben abgingen, ſo ſolle alsdann, jegliches Gut fallen an die Ende, da es herkommen iſt; ohne Widerrede männiglichs. Doch auf dieſen Fall



jetzt

jezt gemelt, dem leztlebenden Ehegemächt den vſumfructum ſein Lebenlang vorbehalten.

Hat es ſich hierauf begeben, daß vorgedachte Margaretha von Cr. vermählte von St. im erſten Kindbett am 11. Febr. 1603. verſtorben, und das hinterlaſſene Töchterlein Margaretha Magdalena ihr bald nachher am 26. April 1602. in die Ewigkeit gefolget iſt. Entſtehet dahero die Frage: **Ob des verſtorbenen Töchterleins Margaretha Magdalena v. St. von ihrer Mutter und Grosmutter herkommende Güter auf den Vater Georg Wilhelm v. St. oder den mütterlichen Grosvater Hartmuth v Cr. oder allenfals die mütterliche Tante Barbara vermählte v. D. durch Erbrecht gefallen?**

Illuſtris ICtorum Tubingenſium Ordo de hac re conſultus, anno 1770. pro patre Georgio Wilhelmo de St. cuius ex fratre pronepos litem reſuſcitat, reſpondit, ſequentibus ex rationibus:

Dieweil bey richtiger Erklärung der Ehepacten, als ein in Rechten bekannter Satz anzunehmen iſt, daß die interpretatio eines jeden pacti, darin man von der gewöhnlichen und in den gemeinen Rechten vorgeſchriebenen, Succeſſions-Ordnung abgegangen, alſo zu machen. daß dannoch das pactum ſo viel möglich dem iuri communi nicht contrair ausfalle.

Nun aber die diſpoſitio der gemeinen Erb-Rechte dieſe iſt, daß ein jedes Kind ſeinen Vater und Mutter, und ein jeder Vater oder Mutter ſeine vor ihm verſtorbene Kinder, wenn ſie ſchon ein eigen heimgefallenes Gut gehabt, erben ſollen; Wann man nun den Fall ſetzt, wie er in dem §. Sonderlich auch ꝛc. und, Wo aber ꝛc.

ſuppo-

ſupponirt wird, daß würklich Kinder vorhanden, und zur Succeſſion gekommen geweſen, ſo iſt der natürlichſte und denen gemeinen Rechten gemäſſeſte Verſtand des Rückfalls **an die Ende, da es hergekommen**, dieſer: Daß nach Abgang der Kinder alles, was ſie ſolchergeſtalt von der Eltern gemeinſchafftlich zuſammen gebrachten Vermögen empfangen, wieder an ſie, die Eltern, woher es gekommen, zurückfallen ſolle, indem man doch nicht widerſprechen kann, daß das Gut, welches beyde Ehegatten zuſammen gebracht, ihnen anfällig oder würklich eigen geweſen, ſamt allem, ſo ſie in ſtehender Ehe ererbt und erworben, in ein gemeinſchafftlich Gut zuſammen gefloſſen und eine Maſſam ausgemacht habe, in welcher Confuſion auch ſolches nach der Intention des Ehe-Pacti bey der Verfällung deſſelben auf die Kinder beſtehen geblieben, ohne einen Unterſchied unter den Väterlichen und Mütterlichen zu machen, weil in dieſem Fall, ſo lang noch ein Kind vorhanden, der Vatter wie die Mutter, und die Mutter wie der Vatter, auſſer der Nutznieſſung nichts davon haben ſollen; Solchemnach man bey dem Suppoſito, daß Kinder einander reciproce geerbet hätten, nicht ſagen kann, daß etwas in ſpecie von Seiten der Mutter, und wieder etwas anders von Seiten des Vatters an ſie, die Kinder, gekommen wäre, ſondern das Ende, woher ſodann einem jeden ſeine Erbs-Portion herkommen und zugetheilt worden, iſt das gemeinſchafftliche Vermögen ihrer Eltern, welches ſo fort von dem leztlebenden Kinde zurück auf den leztlebenden Ehegatten, es ſey Vater oder Mutter, und endlich nach deſſen tödtlichen Hintritt, denen gemeinen Erb-Rechten gemäß, an deſſelben nächſte Erben falle; welche Interpretatio der Clauſul:

an die Ende, da es herkommen,

 nich

nicht erſt eine neue Erfindung, ſondern ſchon ehedem der bekannte Uitrechtiſche ICtus ABRAHAM A WESEL die faſt gleiche Formul:

ad latus, vnde deuenere,

alſo expliciret hat, daß dadurch die ratio ſucceſſionis legitimae nicht aufgehoben, ſondern die ganze Erbſchafft an den oder diejenige rückfällig worden iſt, welche dem letztlebenden zur Zeit ſeines Todes die nächſte Erben geweſen, ſo mithin die Erben des vorabgeſtorbenen keine Anſprach mehr daran zu machen haben, wenn er ſchreibt.

> Hanc clauſulam ſolam ſanguinis & propinquitatis rationem continere, vimque habere ſucceſſionis legitimae, vt ex ea ad hereditatem vocetur is, qui tempore mortis *proximus defuncto* reperietur. in *Tract.* de *connubiali bon. ſoc. & pactis dotal.* tr. II. c. 5. n. 3.

Nun aber die Application ad caſum ſubſtratum leicht, und keine andere ſeyn kann, dann dieſe: daß, da der Herr v. St. anno 1602. ſeines Kinds, welchem das Mütterliche und Grosmütterliche vorhin ſchon quoad proprietatem heimgefallen geweſen, völliger Erb geworden, und nun nach deſſen ſine liberis erfolgtem Tode ſeine mit des Kinds Erbſchafft ſchon confundirte Verlaſſenſchafft, der legitimen Succeſſions Ordnung gemäß, auf ſeine Herren Gebrüdere, als nächſte Erben, und ſo fort an die v. St. Familie gefallen iſt; Gleichwie im Gegentheil, wann die Frau v. St. die letztabgeſtorbene geweſen wäre, das ſämtliche, mit ihrem Eheherrn beſeſſene Vermögen an ihre Frau Schweſter v. D. als ihre nächſte Erbin, und von da an die D. Familie gefallen ſeyn würde; Und da dieſe Interpretatio der gemeinen Succeſſions-Ordnung die nächſte, ſelbige

ge die vorzüglichſte iſt, und um ſo mehr zu glauben, daß die Paciſcenten die bona der Eheleute auf ſie ſelber wieder rückfällig machen wollen.

LEYSER ſpec. 404. m. 7.

